

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

septimanas sanitati restitutus sanus ad *Waidhofenses* rediit, qui Rmi. D. abbatis et liberalitatem et beneficentiam cum summa humanitate nunquam satis laudare et praedicare potuit.

(*Brandunglück in Burklam [Burgund].*)

Hic annus tam propter copiam vini quam etiam frumenti satis commodus fuit, nisi quod vinum aliquantum austerius creverit. Mensis vero Julius nimis pluviosus extitit. Quam ob causam fruges tardius colligi potuerunt. Eodem etiam mense magna inundatio fluminum propter continuas pluvias fuit, quae in quibusdam locis magna damna fecit.

Ernte und  
Wetter.

(*Türkenkrieg. — Herrscherhaus. — Türkenkrieg.*)

Hoc anno etiam aedes parochiales *Waidhofi* in ipsa octava Corporis Christi mane intra horam tertiam et quartam conflagrarunt. Nemo tamen conicere potuit, unde hoc incendium exortum fuerit. Praecedenti enim die nullus ignis neque in foco neque in culina excitatus fuerat. Parum abfuit, quin tam D. vicarius *Christophorus Klein* quam etiam D. cooperator *Severinus Haedereus* in ipsa parochia et ludirector in schola cum tribus discantistis simul ab igne correpti periissent. Nudi enim quasi ab incendio evaserunt. Per sedulum tamen conatum civium, maxime fabrorum ferrariorum, ignis hic, antequam ulterius progrediretur, citius extinctus est. Omnes tamen libri D. cooperatoris, iique praestantissimi igne depasti sunt. De quibus plurimum doluit, cum eos pro suo singulari thesauro reputaverit. Post haec eadem parochia paulo ornatior restaurata est, quae alias forsitan in multis annis non fuisset reformata.

Brand in  
Waidhofen.

(*Bischofswahl in Straßburg. — Krieg in Frankreich.*)

Hoc anno in celeberrima parochia *Sirningensi* haeretici buccinatores adhuc commorabantur, qui tamen omnes veri catholici sacerdotes, sed apostatae fuere. Hic locus *Sirning*, si ullus alius, in tota fere superiori Austria seminarium quoddam seditionum fuit. Nam aliquoties hic ab inquietis parochianis contra veros catholicos parochos tumultus excitatus fuit, donec tandem Rev. D. *Leonardus Berhmannus*, decanus *Linzensis*, in eodem loco pro vero parochio investitus est.

Relig. Ver-  
hältnisse in  
Sierning.

(*Das Karthäuser-Kloster in Straßburg.*)

### 1593.

Hoc anno duo supra nominati iuvenes *Joannes Guilielmus Hellerus* et *Joannes Jacobus Sauterus* sub Rmo. abbate D. *Martino* in monasterio *Garstensi* professionem fecerunt.

Profesß in  
Garsten.